



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis  
Expositio**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Posse temporibus Jejuniorum totius anni, etiam quadragesimalium, vesci  
lacticiniis. parag. 2.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40132**

explicationem optare, nō possum. Quæ enim major Declaratio, quam illa, quæ habetur in dicto Summario latino, & in Translatione Hilpanica, & in Italica, quod Summariū Fidelibus datur à distributore Bullarum; & quod cum magna consideratione à Commissario compilatum fuisse, nemo prudens dubitare poterit; at in hoc non est illa restrictio quod Carnes contra Prælatos, Religiosos & Sacerdotes.

8. Quod si quis dubitet, An Commissarius ejusmodi extensionem facere poterit, dubium evincet ex usu tot annorum, quo distribuitur Fidelibus prædictum summariū; id, quod, vel ostendit, Commissarium hac potestate non caruisse ex tenore Concessionis Bullæ, vel ex alio Pontificis novo rescripto, vel saltem eam acquisivisse ex tot annorum consuetudine præscriptam.

9. Dubitatibus 4. an hoc Privilegium valeat non modo pro diebus jejuniorum (ut loquitur Bulla Latina) verum etiam pro diebus totius anni, quando non est jejunium, nempe pro diebus feriarum sextarum, & sabbati, ut habet Bulla Italica.

Respondeo, etiam pro diebus totius anni dictis, propter rationem modo ductam à potestate Commissarii potentis Bullæ declarare, qui signate id in Bulla Italica declarare profiteretur. Adde illud Bulla Latina (pro Diebus jejuniorum, legitimate posse extendi ad dies feriarum sextarum, & sabbati, quia à sacris Canonibus hī dies vocantur etiam dies jejunii, licet nō tam rigorosi, ut sunt Quadragesimales. a Bardi id loc. cit. sec. probat ex illa Regula iuriis in 6. Cui licet, quod est plus, licet, quod est minus. Verum, quia hæc Regula plures patitur limitationes, b Sanc. l. 8. ut videre est apud b Sanchez, ideo nostra ratiōnē videtur esse expeditiores.

10. Dubitatibus 5. An dispensatus ad carnes, modo dicto, per Bullam, possit plures in eodem die carnes comedere? Respondeo, esse valde probabile, posse, nisi à Dispensante restringatur ad alias vices tantum; Id quod c Lib. 4. in cum universaliter alibi e dixerim, aliquaque ad Decal. c. 5. rem addiderim, eadem hic cum molestia repetere non oportet. Meminenis tamen, hunc dispensatum per Bullam meritum jejunii habiturum, ut dixi, num. 2. si semel tantum comedere, formam nimirum jejunii in cæteris observans.

## §. II.

*Posse temporibus jejuniorum totius anni,  
etiam Quadragesimalium vesce  
lacticiniis.*

1. Pro tribus temporibus datur Privilegiū comedendi lacticinia. Primo, pro feris sextis, & sabbatis cuiuscumque Hebdomadæ. Secundo, pro Vigiliis, & quatuor temporibus. Tertio, pro Quadragesima.

Et quidem pro Quadragesima hoc clare est Privilegium, quia tunc sine Bulla esset à laeticinia abstinentiū: In cæteris autem diebus anni est etiam Privilegium, nimirum pro locis illis, ubi est legitima consuetudo non comedendi tunc laeticinia: Immo etiam in aliis locis, ubi est consuetudo tunc comedendi laeticinia, est Privilegium, nam per illud sedantur saltem conscientia timoratorum.

2. Iam vero Dubitatibus Primo, An qui habet Bullā, possit vesce laeticiniis in jejuniis ex votō, ex pœnitentia Sacramentali, & ex Jubilæo?

3. Antequam respondeam, recole, sive jejunare debcas ex yoto, sive ex Pœnitentia data à Confessario, sive ad lucrandum Jubilæū: recole, inquam, esse opinionem probabilem, te tunc posse jejunare comedendo laeticinia, nisi tamen, vel exprefse, vel ex circumstantiis colligatur, votum, & Pœnitentiam, & conditionem jejunii in Jubilæo fuisse, etiam de abstineatia à laeticiniis, ut d' alibi à me di- d Lib. 3. i. etum est. Cujus probabilitatis ratio principa- Decal. c. lior est, quia Ratio jejunii Ecclesiastici ita 15. §. 6. n. cum laeticiniis; quare, nisi aliud expressum 11. de votō in prædictis fuerit, satis jejunium exhibebo. tur, etiam cum laeticiniis, qui jam sic ponit. Ibidem. cur id, quod absolute jejunium Ecclesiasti- Lib. 4. c. 5. §. 1. n. 25. cum est.

Respondeo nunc ad dubitationem, affir- de Pœnit. mative; Nam si est probabile, ut etiam habet & Iubil. e Bardi, te satisfacere illis sine Bulla, multo e Bardi de magis cum illa, si tamen aliud expressum non Bulla p. 2. fuit, ut dictum est: nam tunc ad illam non se tr. 3. c. 2. extendit Bulla, quæ solum dispensat in jure sec. 10. communī.

4. Dubitatibus Secundo. Minor viginti uno anno qui non jejunat in die VG. Quadragesimæ, potest ne tunc laeticinia cum Bulla co- medere. Idem quæritur de aliis non obligatis ad jejunium.

Z. z

Respon-

Respondeo posse; quia Privilegium hoc, quo ad lacticinia, est absolute concessum, & quidem ad libitum, nec restrictum ad conditionem jejunandi.

## §. III.

Ovis, &amp; Lacticiniis.

**I.** Quid veniat lacticiniorum nomine,  
a Lib. 4. in Decal. c. xi. non intelligi Sanguinem, Medullam, Laridum, Alluntiam, pinguedinem quamcumque licet probabiliter in nostro Siciliae Regno intelligatur Sagimen ex Sue, quod est Laridum suis liquefactum.

**2.** Sed hic dubitabis Primo, quid de Sagimen liquefacto ex alipe aliorum animalium, Gallinarum, Anserum Cervorum?

Respondeo, non intelligi, saltem in nostris Regionibus, nomine lacticiniorum; Ratio est, quia fundamentum, unde loco citato diximus, probabile esse, intelligi Sagimen Porcini, est quia in nostris Regionibus illud communis hominum existimatione connumeratur inter lacticina. At non video, Sagimen aliorum animalium, cum taru sit, ita connumerari. Quare licet physice eadem sit ratio de hoc, atque de Suillo, non est tamen moraliter, & ita sustinet Bardus contra Layman & Pafqualigiu: quos ipse citat, qui fortasse pro nostris Regionibus contraria non essent nostræ sententiæ.

**16.** **3.** Dubitabis Secundo de Ovis, quæ vocamus, & certè sunt nonnata.

Respondeo. Dixi ibidem, enumerari inter lacticina, non vero racemum, unde ea pendunt, quia illa sunt eadem substantia ac Ova, hic est ipsissima Caro. Pater Bardus fugit numerare inter lacticina Ovicula illa instar acini, quæ dicto racemo sunt affixa, quia adhuc, inquit, retinent naturam sanguinis, & non sunt in substantiam Ovi conversa. Sed profecto sapor, color, aliaque omnia ostendunt, ea non esse sanguinem, sed jam concreta in substantiam ovi.

## §. IV.

Excipiuntur Patriarchæ &amp;c. ab indulto lacticiniorum.

**1.** IN Jejuniis Quadragesimalibus vesci lacticina non possunt cum Bulla hac

communi, quam aunc exp̄camus (nam cum alia, §. 5. dicemus) Primo Prælati. Secundo, quævis persona Regularis, Tertio omnes præbysteri fœculares, excipe nisi prædicti fuerint Sexagenarii.

**2.** Dictum est autem (Quadragesimalibus) nam certe possunt in Sextis Feriis, & Sabbatis, & in Jejuniis Vigiliarum, & Quatuor Temporum, quæ non incident in Quadragesimam. Ratio est, quia Bulla solum Quadragesimæ Jejunia excipit.

**3.** Dictum item est (in Jejuniis) nam de Dominicis Quadragesimæ, quando non Jejunatur, dicam mox à num. 14. Verum discurramus de tribus prædictis Classibus personarum separatis.

Omnes Prælati.

**4.** **I** sunt Primo patriarchæ, primates. Archiepiscopi, Episcopi. Secundo, alii prælati inferiores, ut Abbates, Generales Religionum, Provinciales, Superiores Locales ordinarii, ki enim omnes sunt prælati, idest habentes Jurisdictionem ordinariam, etiamque spiritualem.

Inter Episcopos (sub quo nomine intellige in posteris omnes primi generis) & inter prælatos Inferiores, est unum discriben: nam hi Inferiores renunciata prælatura, vel finito ejus tempore, cum non sint amplius prælati, nec aliquid ejus Dignitati habeant, ut supponimus, non excludentur tunc, ab hoc Indulto, nisi sint Religiosi. At Episcopi, renuntiato Episcopatu, quia semper remanent in Dignitate Episcopali, semper excluduntur.

**5.** Dubitabis porro hic primo. Episcopus solum electus, sed nondum confirmatus a pontifice, excluditur ne? Respondeo. Non excluditur: quia nondum vere est Episcopus.

**6.** Quid si sit confirmatus, sed nondum consecratus? Respondeo, excluditur: quia vere tunc acquisivit potestatem Episcopale exercendi Jurisdictionem temporalem, & spirituali; Unde potest censuras ferre, approbare Confessarios, Indulgentias concedere &c.

Dico (potest) nam cæterum, ut actu exercet, deber accepisse possessionem Episcopatus. quod recte notat d' Azius.

**7.** Dubitabis Secundo. Cardinales excluduntur ne ab hoc Indulto vescendi lacticina, si forte legitime Bullam sumant? Respondeo.